

Terminos *The Soundings*, & Civitatem *Gibraltar*; Decem Septimanarum in Mari Mediterraneo; & Octo Mensium in quâvis aliâ Orbis Regione aut Loco, adeo ut Subditorum alterutrius Principis Bona, five de genere Mercium Prohibitum sint, five aliter, quæ, prout jam dictum est, ante Bellum, vel etiam post ejus Declarationem, intra Tempus & Terminos prædictos, Navi alicui hostili immissa fuerint, Confiscationi obnoxia nullo modo sint, sed sine Dilatione Proprietariis eadem repetentibus, bonâ fide restituantur, ita tamen ut si dicta Mercimonia Contrabanda sint, ea ad Portus inimicos postmodum devehere omnino non liceat.

XXVIII.

Quo autem Serenissimarum Regiarum hinc inde Majestatum Subditorum Securitati abundantius cautum sit, quod nulla injuria per alterius Partis Naves Bellicas, vel alias Sumptibus privatis ad Bellum instructas, iis inferetur, omnibus Magnæ Britanniæ Reginæ, & Christianissimi Regis Navium Præfectis, omnibusque eorum Subditis, omni in alteram partem injuriâ & damno interdicitur; sin secus faciant, Poenas luent, & præterea obstricti erunt de Damnorum omni causâ, et eo quod interest satisfacere, per Re-

of two Months from the *Soundings* to the City of *Gibraltar*; of ten Weeks in the *Mediterranean* Sea; and of Eight Months in any other Country or Place in the World; so that the Goods of the Subjects of either Prince, whether they be of the nature of such as are Prohibited, or otherwise, which, as is aforesaid, were put on Board any Ship belonging to an Enemy before the War, or after the Declaration of the same, within the time, and limits aforesaid, shall no ways be liable to Confiscation, but shall well and truly be restored without delay to the Proprietors demanding the same; but so as that if the said Merchandizes be Contraband, it shall not be any ways lawful to carry them afterwards to the Ports belonging to the Enemy.

XXVIII.

And that more abundant care may be taken for the Security of the Subjects of Both Their most Serene Royal Majesties, that they suffer no injury by the Men of War or Privateers of the other Party, all the Commanders of the Ships of the Queen of *Great Britain*, and of the most Christian King, and all Their Subjects, shall be forbid doing any injury or damage to the other side; and if they act to the contrary, they shall be Punished, and shall moreover be bound to make Satisfaction for all cause of Damage, and the Interest thereof, by Reparation, parati-